terea singula notularum accidentia, ne horum incuria & ignorantia ipsis imponant, id quod multis vsuuenire videmus. Sed ad rem. Musica figuralis, est musicalium graduum ac proportionum, sub certa mensura figurata cantandi scientia, Hæc constat varijs planecp dissimilibus notarum, pausarum, ac signorum, figuris.

FIGVRA, est ipse habitus seu dispositio, qua notæ, & quęlibet pausæ liquido cognosci queunt. Notarum vero, alia simplex, alia ligata, alia maior alia minor dicitur.

## DE NVMERO FIGVrarum simplicium.



http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/listenius1537/0055
© Universitätsbibliothek Freiburg